

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST

Leto 1924.

Ljubljana, 25. septembra 1924.

Štev. 7.

48.

DOM ZA DUHOVNE VAJE.

Vsem gospodom duhovnikom je znano, da so oo. jezuiti začeli v Ljubljani zidati dom za duhovne vaje moških vseh stanov in vsake starosti. Dne 12. avgusta sem na tihem blagoslovil temeljni kamen. Sedaj zidava hitro napreduje in bo do zime pod streho. Prihodnje leto, ki bo jubilejsko leto, se bo Dom dovršil in izročil prevzvišenemu namenu.

Potrebujemo en milijon dinarjev. Od raznih dobrotnikov v Ameriki in pri nas sem že 130 tisoč dinarjev izprosil, nekaj so izprosili oo. jezuiti, ostalo vsoto pa upamo s pomočjo previdnosti božje polagoma dobiti. Molili in prosili bomo.

Vedno sem mislil na prispevke našega ljudstva. Ker je toliko raznih zbirk, se do sedaj nisem upal obrniti s prošnjo za denarno pomoč. Sedaj pa moram to storiti, akoravno je letina žal bolj slaba. Naj si z dobrimi deli v korist naših duš zaslužimo večji časni blagoslov za prihodnja leta.

Vse gg. duhovnike prosim, da bi našo skupno sveto zadevo vernikom obrazložili, da jo bodo razumeli, se za njo kot svojo zavzeli in zato vse moči združili ter z združenimi močmi delo srečno dovršili.

Prosim tudi, naj bi gospodje pobiranje prispevkov organizirali. Ker bo Dom v korist možem in fantom, naj bi se ti posebno odlikovali. Pri-trgalj naj bi si kak telesen užitek, pa bi imeli kmalu potrebno vsoto.

Prečitajte tudi vernikom sledeči kratki pastirski list.

Vernikom.

Vsi se prizadevamo, da bi napačne strasti vedno bolj temeljito pre-magovali, ostali v milosti božji in mogli srečno umreti. To prizadevanje je vsem najbolj potrebno, ker »kaj pomaga človeku, ako ves svet pridobi, na svoji duši pa škodo trpi«.

Toda tako smo počutni in v zemeljske skrbi ugreznjeni, da nam ta naša prevzvišena naloga kar izpred oči izgine, pa se za njo le malo zmenimo.

Ob času misijona ali ob drugih cerkvenih, verskih prireditvah nas prešine posebna milost božja, da to življensko nalogo zopet bolje spoznamo, storjene napake in grehe po sv. zakramentu popravimo, ter se zopet za pravo življenje vnamemo.

Smo pa tako slabi, da nam tudi ti prevažni sklepi potemne in zopet tako živimo, kakor je v našo večno nesrečo. Kakor nam, tako se godi vsem vernikom po širnem svetu. Da bi pa vendarle življenje zares in stalno popravili, so začeli zidati Domove, kjer bi mogli verniki nekoliko dni in sicer vsaj tri dni ločeni od sveta v miru, tihoti in premišljevanju pod vodstvom dobrega duhovnika preživeti, Boga, sebe in večnost bolj spo-znati, ter svoje življenje korenito popraviti.

Izkušnja uči, da so take duhovne vaje v miru in tihoti izredno koristne. Pri nas so tudi mladeniči čutili potrebo takih vaj in sicer Orli, visokošolci, gimnazijci, pa so v šolskih počitnicah po tri dni ločeni od sveta veselo in zadovoljno preživeli v zavodu sv. Stanislava.

Prilika za tako dušno spodbudo in za korenito popravo bi pa po zgledu drugih narodov tudi vam, dragi verniki, rad pripravil in ponudil. Dogovoril sem se z očeti jezuiti v Ljubljani, pa smo začeli tak Dom za duhovne vaje že zidati. V avgustu sem blagoslovil temeljni kamen, zidovi se hitro dvigajo, do zime bo pod streho in prihodnje jubilejsko (sveto) leto se bo sveto delo duhovnih vaj začelo. Dom bo imel 32 sob, pa bo moglo 32 mož ali mladeničev ob istem času opraviti duhovne vaje, ki jih bodo imeli posebej sami možje, ali sami fantje ali sami izobraženi gospodje, ali sami duhovniki. Le tako bodo premišljevanja mogla biti primerna potrebam posameznikov in torej bolj koristna.

Jaz in oo. jezuiti smo nekaj nad eno desetino potrebnega denarja za zidavo in za opremo hiše že izprosili. Ker bo pa za vso dovršitev potrebno en milijon dinarjev, te vsote pač ne moremo hitro zbrati. Zato bomo še na vse strani prosili, obračam se pa tudi do vas vernikov.

Vem, da je slaba letina in da vas vedno in vedno za darove prosimo, pa vendar le potrkam na vaša srca in vas prosimo, pomagajte, da dovršimo Dom v večno vašo korist. Možje in fantje, za vas, za vašo srčno omiko, za vašo časno in večno srečo gre! Odpovejte se eno ali drugo nedeljo kakemu užitku in dajte za Dom! Matere, prigovarjajte svojim možem in sinovom, dekleta, prosite svoje očete in brate, da kar mogoče darujejo in tudi same darujte, pa bo Dom kmalu dovršen in plačan. Iz Doma pa se bo širilo globoko versko prepričanje in utemeljeval se bo trden sklep zoper strasti za trezno, čisto, mirno življenje po vseh hišah naše ljube slovenske domovine. Dvignite se! Bog naj gane vaša srca! Marija pomagaj!

V Ljubljani, 12. septembra, na praznik sladkega Imena Marijinega 1924.

† Anton Bonaventura,
škof.

49.

GG. DUHOVNIKOM PO SINODI.

Prav razveseljivi so bili dnevi naše tretje sinode od večera 24. do jutra 29. avgusta.

Razen par opravičenih gospodov ste vsi prihiteli v zavod sv. Stanislava v Št. Vid. Tvarino za sinodo sem skušal prav točno pripraviti. Vi ste jo natančno prereševali. Vsi poročevalci so se odlikovali, sami dobri dušni pastirji so pri posameznih točkah nasvetovali zares umestne, praktične dodatke, ki ste jih zborovalci večinoma sprejeli in meni predložili. Razprave in congregationibus specialibus so bile živahne, stvarne, v duhu ljubezni do vernikov. Mojemu pojasnjevanju in congregationibus generalibus et in sectionibus publicis ste pozorno sledili, pa me včasih s stvarnimi vprašanji prekinili. Iz obraza sem Vam čital radost in zadovoljnost.

Pa tudi molili smo in poslušali šest bolj v modernem stilu sestavljenih, deloma prav zanimivih poučevanj P. Ramšaka S. J. o nadnaravnosti našega dušnopastirskega delovanja. Iznenadili ste me s prošnjo, naj bi bila zadnja sv. maša dne 29. avgusta vendarle pontifikalna. Vašo željo

sem rad izpolnil in sem Vas med tem sv. opravilom prav ginjen obhajal. Ob koncu nam je iz srca prikipeł »Te Deum laudamus«, pa tudi iz dna duše smo se posvetili presvetemu Srcu Jezusovemu.

Vsem zborovalcem, posebno pa vestnim in veštım poročevalcem se srčno zahvaljujem. Prepričan sem, da je naša lepa sinoda utrdila vez ljubezni in spoštovanja med duhovniki med seboj, pa tudi med duhovniki in škofom.

K sinodi.

1. Ker sem imel in imam v septembru še mnogo sv. opravil, bom s tiskom naših sinodalnih sklepov in navodil mogel začeti šele sredi oktobra. Upam, da boste vsaj v januarju imeli knjigo v rokah.

2. Ob priliki sinode smo v imenu vseh naših duhovnikov pozdravili našega kralja, ki je dne 1. septembra zapovedal odposlati sledeči odgovor: »Prijetno ginjen po izrazih vdanosti od zastopnikov duhovščine ljubljanske škofije, zbranih na tretji sinodi, je Njegovo Veličanstvo kralj izvolil odrediti, naj se njegova srčna zahvalnost prijavi vsem duhovnikom škofije.«

V Ljubljani, na god Imena Marijinega, dne 12. septembra 1924.

† Anton Bonaventura,
škof.

50.

APOSTOLSKE KONSTITUCIJE ZA SVETO LETO 1925.

1.

Vkinjajo se odpustki in fakultete v svetem letu 1925.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ex quo primum, non sine afflatu divino, constitutum est, ut Iubilaeum maximum hac Alma in Urbe, certo quodam annorum intervallo, haberetur, nulla unquam temporum, rerum itinerumque condicio multitudines hominum prohibuit, quominus huc per Annum Sanctum confluerent. Christifidelibus enim cuiusvis ordinis, vel ipsa imperatoria regiaque dignitate ornatis, ut litterarum monumenta testantur, religioni fuit ad hanc convenire Apostolicam Sedem, ut ab Episcopo Romano Petrique successore, qui germanus doctrinae sanctae custos interpresque esset, idemque vitae supernaturalis fons purus atque integer, haurirent coram, unde in fidei communionem confirmarentur et mores in vinculo perfectionis — quod est caritas — ad altiore sanctitatem componerent. Ut igitur fideles quam plurimi et heic quaererent, quae una in Urbe invenirentur, copiosiora pietatis expiationisque adiumenta, et principem inviolatamque Romanae Ecclesiae auctoritatem praesentes agnoscerent, decessor Noster Sixtus IV, anno MCCCCLXXIII, decrevit, ut, promulgata Iubilaei Indulgentia, iam ceterae omnes poenarum relaxationes, aut concessae aut concedendae, itemque facultates cuivis factae, extra Urbem, Apostolicae Sedis nomine atque auctoritate dispensandi absolvendique in utroque foro, per Annum piacularem conquiescerent ac suspenderentur. Ab eiusmodi quidem disciplina, quam deinceps, pro temporum rerumque varietate, deces-

sores Nostri haud modice temperaverunt, eo minus Nobis deflectendum hodie esse censemus, quo facilius commodiusque itinera, vel creberimorum agminum, apparari atque haberi contingit, et quo pluris religionis et societatis ipsius humanae interest, frequentissimos ad Apostolorum limina convolare peregrinos, ut arctius cum hoc unitatis catholicae centro cohaereant nobilissimosque caritatis pacisque sensus ac spiritus inter se alant ac foveant. Huc praeterea accedit, quod pium tot Romam coeuntium filiorum Nostrorum spectaculum, etsi tanto disiunguntur a Nobis terrae marisque intervallo, fieri non poterit quin acatholicos bene animatos percipiat et acriore afficiat desiderio religiosae unitatis.

Itaque, auctoritate Nostra apostolica, usitatas indulgentias et facultates Nostro nomine extra Urbem exercendas, ut decessores Nostri simili in causa decreverunt, sic Nosmet per totum Anni Sancti decursum intermitteri suspendique decernimus, iis tamen exceptis quas enumeraturi sumus.

Etenim ex indulgentiis, quae pro vivis concessae sunt, has, quae sequuntur, integras atque immutatas permanere volumus:

I. Indulgentias in articulo mortis lucrandas.

II. Eam, qua frui omnibus licet, quotquot, ad sacri aeris pulsum, Salutationem angelicam, aliamve pro temporis ratione precationem, recitaverint.

III. Indulgentias iis tributas qui pie templa inviserint, ubi Sacramentum augustum quadraginta horarum spatio adorandum proponitur.

IV. Indulgentias, quas eos lucrari decretum est, qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur, aut cereum vel facem per alios ferendam ea occasione mittant.

V. Indulgentiam, toties quoties lucrandam, iis concessam, qui Sacellum Portiunculae in templo S. Mariae Angelorum, prope Assisium, pietatis causa, adierint.

VI. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinales, Apostolicae Sedis Nuntii, itemque Archiepiscopi et Episcopi in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma usitata largiri solent.

Ceteras omnes indulgentias plenarias et partiales, aut ab Apostolica Sede directe concessas, aut ab aliis quoquo pacto concessas concedendasque ex facultate iure ipso vel peculiari indulto sibi facta, decernimus, per totum Annum Sanctum vivis nequaquam professe, sed tantummodo vita functis. Praesentium interea auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter Indulgentias Iubilaei easque, quas superius singillatim excepimus, nullae praeterea aliae usquam, sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae aliisque poenis arbitrio Ordinariorum infligendis, publicentur, indicantur vel in usum demandentur.

Ad illud idem propositum, ad quod indulgentiarum intermissio spectat, facultates et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatis, relaxandi censuras, dispensandi a votis eademque commutandi, dispensandi praeterea ab irregularitatibus et impedimentis, cuilibet quoquo modo concessa, extra Urbem eiusque suburbium, per Iubilaei Maximi decursum, suspendimus nullique suffragari volumus.

Ne tamen ab innovata praesentis temporis disciplina recedamus, haec per exceptionem decernimus:

I. Ratae sint facultates omnes per Codicem iuris canonici quovis modo concessae, exceptis facultatibus ex privilegio provenientes, per Codicem non revocato, ut ad canones 4 et 613.

II. Ratae item firmaeque sunt facultates pro foro externo ab Apostolica Sede tum Nuntiis, Internuntiis et Delegatis Apostolicis factae, tum

Ordinariis locorum et Antistitibus religiosorum Ordinum quoquo modo in subditos suos tributae.

III. Quas denique facultates S. Poenitentiaria Nostra impertire solet Ordinariis aut confessariis pro foro interno, easdem ne extra Urbem quidem suspendimus, sed ita ut erga eos dumtaxat poenitentes exercentur, qui, quo tempore confessionem peragunt, iudicio Ordinarii aut confessarii nequeant sine gravi incommodo Urbem adire.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Earum vero exemplis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, declarationis, voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnitentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die V mensis iulii anno MDCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

O. CARD. GIORGI,
Poenitentiarius Maior.

Raphaël Virili, Protonotarius Apostolicus.

Ioannes Zani Caprelli, Protonotarius Apostolicus.

2.

Ödpustki sv. leta za redovnice in druge, ki so stalno na dom privezani.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Apostolico muneri, quo divinitus fungimur, flagrantissimaeque caritati, qua universum dominicum gregem, Nobis commissum, complectimur, consentaneum profecto est, idemque cum more institutoque decessorum Nostrorum apprime congruens, ut — postquam, per Constitutiones ante editas, praesentissima expiationis remedia salutisque adiumenta iis omnibus paravimus ac providimus, quibus aut Romae incolis aut advenis facultas non deerit statutis condicionibus parendi, ut propositam sibi plenissimam Iubilaei veniam assequantur — iam ceteris longe plurimis propiciamus, qui non una de causa impediuntur quominus aut Romanam peregrinationem suscipiant aut praescriptas quattuor Basilicarum visitationes instituant. Eos intellegi volumus, qui cum intra claustralia saepta vivant vel in hostium potestate versentur custodiaeque publica detineantur vel corporis infirmitate laborent, prohibentur prorsus ne imperata, Iubilaei causa, expiandis animis opera adgrediantur ac perficiant. Quorum conditioni aut calamitati officium benignitatis Nostrae desse nolumus, eo vel magis quod Nobis spondemus futurum, ut coniunctis eorundem precibus, quibus promerita accedant sive innocentis vitae in divinis rebus contemplandis virtutibusque religiosis exercendis traductae, sive castigationis aegrotationisque, poenitentiae spiritu, toleratae, illa a Deo bona

catholico nomini obveniant, quae ut ab omnibus flagitentur, indicendo Iubilaeo maximo mentem esse Nostram aperte declaravimus.

Itaque concessionis huius Nostrae, ex qua Iubilaei veniam lucrari — ita, quemadmodum mox dicemus — ii etiam possint, quibus sepulera Apostolorum et Patriarchales Urbis Basilicas adire non liceat, participes dumtaxat sunt:

I. In primis moniales omnes, quae in coenobiis degunt sub claustrum perpetui disciplina; item quae in iisdem monasteriis aut probandae et postulantes sunt aut tirocinium exercent aut educationis aliave legitima de causa, etsi per maiorem tantummodo anni partem, commorantur. Neque excipi volumus mulieres earum contubernales, quae, famulatus vel stipis colligendae gratia, saepta religiosa egrediuntur.

II. Omnes religiosae Sorores, scilicet votorum simplicium, quae ad Congregationem pertineant iuris sive pontificii sive dioecesiani, quamquam severiore claustrum lege non adstringuntur, una cum suis novitiis, probandis, atque educandis puellis — semiconvictricibus quoque, ut aiunt, non tamen externis —, aliisque communi cum ipsis mensa utentibus, domicilio vel quasi domicilio.

III. Pariter Oblatae, seu piae feminae, vitae societate coniunctae, etiamsi vota non emittant, quarum tamen Instituta ab Ecclesiastica auctoritate vel ratione stabili vel ad experimentum probata sint, una cum suis novitiis, probandis, puellis educandis aliisque communi cum ipsis contubernio utentibus, ut de Congregationibus religiosis n. II diximus.

IV. Omnes feminae ad quemvis Tertium Ordinem Regularem pertinentes, quae sub uno eodemque tecto, cum approbatione ecclesiastica, communiter vivunt, itemque, ut supra, omnes earum contubernales.

V. Puellae et mulieres in gynaeceis seu Conservatoriis degentes, quamvis non sint Monialibus, Sororibus religiosis, Oblatis Tertiariisve concredita.

VI. Anachoretae et Eremitae, non ii quidem, qui nullis adstricti clausurae legibus vel communiter vel solitarii sub Ordinariorum regimine certisque legibus obtemperantes vivunt; sed ii, qui in continua — licet non omnino perpetua — clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt et monasticum aut regularem Ordinem profitentur, ut Cistercienses Reformati B. M. V. de Trappa, Eremitae Camaldulenses et Carthusiani.

VII. Christifideles utriusque sexus, qui captivi in hostium potestate versantur, aut in carcere custodiuntur aut exsillii poenas deportationisve luunt aut apud poenales domos ad opus damnati reperiuntur; item ecclesiastici vel religiosi viri, qui in coenobiis aliisque domibus, emendationis gratia, detinentur.

VIII. Christifideles utriusque sexus, qui morbo vel imbecilla valetudine prohibentur, quominus, intra Iubilaei annum, aut Urbem adeant aut in Urbe praescriptas Patriarchalium Basilicarum visitationes instituant; qui in nosocomiis, conducti vel sponte ipsi sua, aegrotantibus, continuatâ operâ, adsunt; item operarii, qui, cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot dies atque horas abstinere; senes denique, qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint.

Istos igitur omnes et singulos monemus vehementerque hortamur, ut quam Christus Redemptor, qui delere vult iniquitates nostras, per Ecclesiam ipsis occasionem opportunitatemque misericorditer offert animi, piaculari anno, expiandi atque ad sanctiorem vitam provehendi, eam ne neglegant neve praetermittant. Sua quisque admissa sincere perscrutantes et non sine gemitu ploratuque dolentes saluberrimo Poenitentiae Sacramento eluant congruisque castigationibus expient; tum caeleste participant

epulum, ea quidem reverentia et fide et caritate, ut ad vivendum angelorum more inde prompti redeant ac parati. Interea Dominum Iesum Christum, quem pectore exceperint, ad mentem Nostram enixe orent; idque potissimum flagitent, ut, depulsis dissensionum discidiolorumque causis, mansuram pacem inter populos conciliet, itemque cum ad Ecclesiam suam, caelestium effusione gratiarum, avulsos revocet filios, tum sanctissimam eam regionem, quam Ipse sudoribus suis excoluit et sanguine suo consecravit, ne sinat violari ac contaminari atque in Crucis suae inimicorum dominatum incidere. Visitationi autem quattuor Urbis Basilicarum alia religionis, pietatis caritatisque opera iidem sufficiant, quae Ordinarius per se ipse vel per prudentes confessarios, pro condicione et valetudine singulorum ac pro loci temporisque rationibus, iniunxerit.

Itaque omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, iis omnibus et singulis, quos supra memoravimus, vere poenitentibus et intra Annum Sanctum rite confessis ac sacra synaxi reffectis, Deumque, ut supra diximus, ad mentem Nostram orantibus, omnia denique implentibus alia iniungenda opera in locum visitationum, ac, vel inchoatis tantum iisdem operibus si morbus periculosus oppresserit, plenissimam omnium peccatorum indulgentiam, veniam et remissionem, etiam bis intra Anni sancti decursum si iniuncta opera iteraverint, haud secus ac si praescripta communiter ceteris omnibus explevisent, de Apostolicae liberalitatis amplitudine largimur atque concedimus.

Porro liceat unicuique eorum, quos supra memoravimus, sibi confessarium eligere a suo Ordinario ad praescripta Codicis approbatum, cui, vi praesentis Constitutionis, pro confessione dumtaxat ad lucrandum Iubilaeum instituta, concedimus, ut, sine detrimento earum facultatum, quas forte alio titulo exercere possit, personas supra dictas in foro sacramentali tantum absolvere queat a quibusvis censuris et peccatis etiam Apostolicae Sedi speciali modo, non tamen specialissimo modo, reservatis, excepto casu haeresis formalis et externae, impositis salutari poenitentia aliisque secundum canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas iniungendis. Praeterea confessario, quem monialis sibi elegerit, potestatem facimus dispensandi a votis privatis quibuslibet, quae ea ipsa post professionem sollemnem nuncupaverit quaeque regulari observantiae minime adversentur. Confessarios autem supra memoratos volumus etiam dispensando commutare posse omnia vota privata, quibus Sorores in Congregatione votorum simplicium, Oblatae, Tertiariae regulares, puellae et mulieres communibus domibus vitam agentes, sese obstrinxerint, iis votis exceptis quae Nobis et Apostolicae Sedi reservata sint: factaque commutatione, a votorum etiam iuratorum observatione absolvere.

Hortamur autem venerabiles fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut, ad apostolicae Nostrae benignitatis exemplum, eligendis ad praesentium effectum confessariis impertiri ne recusent facultatem absolvendi a casibus qui ipsis Ordinariis reservati sint.

Harum interea decreta et iussa Litterarum rata, valida, firma in omnes partes esse et fore decernimus, contrariis non obstantibus quibuslibet. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem

omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXX mensis iulij anno MDCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

O. CARD. GIORGI,
Poenitentiarius Maior.

Raphaël Virili, Protonotarius Apostolicus.

Ioannes Zani Caprelli, Protonotarius Apostolicus.

51.

RAZNE OBJAVE.

Matični izpiski v zmislu člena 128. zakona o civilnih uradnikih.

Na temelju objašnjenja gospoda ministra za vere z rešenjem V. br. 10.675 z dne 7. julija 1924 so matični izpiski, ki so potrebni državnim uradnikom in uslužbencem kot priloge za uslužbenski list, brezplačni, bodisi, da jih zahtevajo uradniki in uslužbenci sami ali njihove predpostavljene državne oblasti, a v vsakem slučaju se mora na matični izpisek pripisati, da se izda brezplačno za službeno potrebo po členu 128. zakona o civilnih uradnikih in ostalih uslužbencih in da se v druge svrhe ne more uporabiti.

Duhovsko podporno društvo prosi gg. dekanijske poverjenike, da pobero, v kolikor tega še niso storili, čimprej članarino (Din 10.—) ter jo vpošljejo škofijskemu ordinariatu ali predsedstvu društva (prelatu dr. Jožefu Lesarju).

Križev pot Layerjeve šole, prav dobro ohranjen, proda župni urad v Zalem logu, p. Železniki, za Din 3.500.

Zvon iz brona, glas a (čista intonacija) v teži 407 kg proda župni urad na Bledu.

52.

SINODALNI EKSAMINATORJI IN ŽUPNIKI-SVETOVALCI.

V smislu kan. 385 so bili na III. škof. sinodi ljubljanski izvoljeni:

a) za **sinodalne eksaminatorje**: prelat dr. Jožef Lesar, stolni dekan Ignacij Nadrah, stolni kanonik dr. Tomaž Klinar, univerzitetni profesorji bogoslovja: dr. Franc Ušeničnik, dr. Aleš Ušeničnik, dr. Franc Lukman, monsign. dr. Josip Ujčič, dr. Gregor Rožman in dr. Janez Fabijan, univ. docent.

b) za **župnike-svetovalce**: Franc Avsec, župnik v Lescah, Josip Eppich, župnik v Stari cerkvi, Franc Finžgar, župnik v Trnovem v Ljubljani, Franc Lakmayer, župnik v Preddvoru, Janez Müller, župnik v D. M. v Polju, Jakob Ramovš, župnik v Laščah, Janez Rih-taršič, župnik pri sv. Heleni, Konrad Texter, župnik v Višnji gori.

53.

ŠKOFIJSKO SODIŠČE.

V smislu kan. 1574 so bili na III. škof. sinodi ljubljanski izvoljeni za sinodalne sodnike: stolni dekan Ignacij Nadrah, stolni kanoniki Alojzij Stroj, dr. Tomaž Klinar in dr. Alojzij Merhar, monsig. Viktor Steska, prof. dr. Alfonz Levičnik in prof. dr. Gregorij Pečjak.

54.

ARHIDIKONATI.

Radi spremenjenih mej škofije se je preuredila dodelitev dekanatov arhidiakonom in spremenilo imenovanje arhidiakonotov sledeče:

I. arhidiakonot obsega mesto Ljubljano (arhidiakon stolni dekan Ignacij Nadrah).

II. arhidiakonot obsega dekanije ljubljansko okolico, Šmarije, Vrhniko in Cerknico (arhidiakon stolni kanonik dr. Ferdinand Čekal).

III. arhidiakonot obsega dekanije Radovljico, Kranj, Loko, Kamnik in Moravče (arhidiakon stolni kanonik Alojzij Stroj).

IV. arhidiakonot obsega dekanije Litijo, Leskovec, Novo mesto in Trebnje (arhidiakon stolni kanonik dr. Tomaž Klinar).

V. arhidiakonot obsega dekanije Semič, Kočevje, Ribnico in Žužemberk (arhidiakon stolni kanonik dr. Alojzij Merhar).

55.

KONKURZNI RAZPIS.

Po promociji dosedanjega župnika izpraznjena, pod patronstvom stolnega kapitlja ljubljanskega stoječa župnija Svibno je bila razpisana po okrožnici z dne 15. septembra 1924.

Zaključni rok za vlaganje prošenj 5. oktober 1924.

56.

ŠKOFIJSKA KRONIKA.

Stolni kapitelj. Umeščen je bil na podeljeni mu kanonikat dr. Alojzij Merhar dne 26. julija 1924. Imenovan je bil hkrati za pravega konsist. svetnika.

Za arhidiakona sta bila imenovana stolna kanonika dr. Tomaž Klinar in dr. Alojzij Merhar.

Proštija koleg. kapitlja v Novem mestu je bila podeljena Karlu Čerinu, uršulinskemu spiritualu v Škofji Loki.

Za dekana radovljiške dekanije je bil imenovan Jakob Fatur, župnik v Radovljici, ki je bil hkrati imenovan za škof. duhovnega svetnika.

Osebnostno odlikovanje. Andreju Lavriču, župniku na Brezovici, se je podelil ad personam naslov dekana.

Zavod sv. Stanislava v Št. Vidu. Jakob Šolar je bil imenovan za namestnega učitelja klasične in moderne filozofije. Za prefekta je bil imenovan Ivan Špendal, kaplan v Šmartnem pri Litiji.

Umeščen je bil Janez Dručeky na župnijo Jezersko dne 10. julija 1924.

Podeljena je bila župnija Sv. Gora Ignaciju Žganjarju, upravitelju ondi, ki je bil umeščen dne 10. septembra 1924.

Prezentiran je za župnijo Breznico Peter Koprivec, župnik v Svibnem.

Imenovan je bil za spirituala in red. spovednika uršulink v Škofji Loki Josip Šimenc, kaplan v Naklem.

Za župna upravitelja sta bila imenovana oziroma premeščena: Janez Pucelj, kaplan na Blokah, za Sv. Vid nad Cerknico; Anton Vadnjal, kaplan na Krki, za Št. Ožbolt.

Premeščeni so bili kaplani: Franc Ambrožič iz Fare ob Kolpi v Dob; Martin Dimnik iz Št. Jerneja v Faro ob K., Ciril Milavec od Sv. Petra v Ljubljani na Ig, Andrej Starè iz Radovljice k Sv. Petru v Ljubljano, Anton Gornik iz Šmihela pri Novem mestu v Radovljico, Anton Stanonik iz Starega trga ob Kolpi v Šmihel pri Novem mestu, Martin Radoš iz Cerkljan pri Kr. v Stari trg ob Kolpi, Alojzij Strah iz Dobropolj v Stari trg pri Ložu, Feliks Gerčar iz Smlednika v Boh. Srednjo vas, Andrej Šavli iz Mokronoga v Smlednik, Franc Presetnik iz Boh. Srednje vasi v Dobropolje, Vladimir Globočnik iz Tržišča v Kranjsko goro, Jožef Hostnik iz Preddvora v Tržišče, Jožef Strah iz Št. Jurija pod Kumom v Preddvor, Anton Oman iz Metlike v Št. Jurij pod Kumom.

Nameščeni kot kaplani: Janez Sladič v Šmartnem pri Litiji, Matija Tomc v Mokronogu, Vinko Lovšin v Metliki in p. Dionizij Dušej O. F. M. v Mošnjah.

Umrli je dne 18. avgusta 1924 zlatomašnik Jožef Erker, kanonik in bivši stolni župnik v starosti 73 let. N. v m. p.

Škofijski ordinariat v Ljubljani, dne 25. septembra 1924.

Vsebina: 48. Dom za duhovne vaje. — 49. Gg. duhovnikom po sinodi. — 50. Apostolske konstitucije za sveto leto 1925. — 51. Razne objave. — 52. Sinodalni eksaminatorji in župniki-svetovalci. — 53. Škofijsko sodišče. — 54. Arhidiakonati. — 55. Konkurni razpis. — 56. Škofijska kronika.

Izdajatelj šk. ordinariat. — Odg. urednik Josip Dostal. — Natisnila Jugosl. tiskarna.